



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Omnia Latina Scripta Matthiæ Flacij Illyrici

Flacius, Matthias

Magdeburgæ

VD16 F 1296

Dvo Somnia Philippi, habita ante annum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36647

clarius
um ni
per uos
cos de
mmu
& qui
nouies
uit, &
tradi
et, sed
bscrip
nes sua
otioni
am au
m nu
m est)
. O
m alijs
tendo
res.
ego ea
z mise
em fa
t, qua
Duos

DVO SOMNIA PHI

lippi,habita ante annum.

NOcte præcedente 14. diem Decēbris, qua Theologi Iuterbachiū ad comitia profecti sunt, somniauit Philippus, uenisse ad se uicinum quendam suum, qui militari habitu incedere solebat, ac rogasse, ut uelit suo nomine orare uitrarium, ut ei fenestras quasdam faceret. Id ubi ille, ut rogatus erat, fecisset, paulo post reuersū esse uitrariū, ac multū questū esse, interrogatumq; quid accidisset, respondisse. Ille nebulo uoluit me sibi papisticam Missam recitare. Num me talem hominem esse existimat, qui uelim papisticam Missam recitare?

Id somnium sic idem sequenti die corā pluribus, & Camerario aliquoties interpretatus est. Iste uicinus miles est ipse Maur, uitrarius sum ego. Petit a me Maur, ut ei fenestras faciam, id est, aliquid in speciem, et was zum schein. Reuera autem quicquid agitur, eo tendit, ut Missa papistica & papatus restituarur.

Hic



Hic habes ipsius artificis de suo opere sententiam. Quid igitur amplius de istis præclaris actionibus dubitas? Ut taceam, quod somnia, præsertim ipsius, diuinum quiddam habere uideantur, fierique possit, ut diuinitus monitus sit de præsentium fraudum, quæ puritati Euangelij Iesu Christi struuntur, impio scopo & pessimo euentu.

ALIVDEIVSDEM SOMNIUM aliquanto post promulgationem Lypfici Interim somnium, & sequenti die ab eodem in quodam conuiuio recitatum.

Somniauit se duos Misnensis aulae iuristas, (quorum etiam nomina expressit) per angustum callem sequi, ac, cum ad quasdam arctissimas angustias uenissent, transiisse iuristas, se uero grauius cecidisse, nec multum abfuisse, quin in uicinam lacunam incideret. In istis angustijs cum diu multumque luctatus esset, uix tandem surrexit, ac retro reuersus est.

CVIVSDAM ALTERIUS interpretatio.

Somni-

le suo
ampli-
bitas
im ip-
idean-
onitus
purita-
r, im-

Somniū significat duces istius pes-
simi negotij de Adiaphoris abitu,
ros sine pœnitentia in suam requiē
æternam. Sed quosdam adiaphoristas
aliquando tandem pœnitentiam actu-
ros, & saluos fore, sed sic, ueluti per ig-
nem. Ad quod eos Dominus Iesus suo
Spiritu retrahat. Amen.

Kein Fluger man thut eine Klei-
ne torheit. Ceciderunt angeli. Ce-
cidit Adam & Heua, cecidit Cain. Ce-
cidit prius (haud dubie sapientis:) se-
culum. Cecidit Noah & Loth. Ce-
cidit Moyse & Aaron, & totus populus
cum suis principibus sæpe repente. Ce-
cidit Samson, Cecidit Gedeon, cecidit
Saul, cecidit Dauid, cecidit Absolon &
Achitophel. Cecidit Salomon morta-
lium sapientissimus, Cecidit Iudas, Pe-
trus & infiniti alij, longe præstantissi-
mi uiri. Omnis itaq; homo mendax,
uniuersa uanitas omnis homo, & ipsa
uanitate uanior simul. Vigilemus igi-
tur, eū, qui uera uia, uita & lux est, sequa-
mur & oremus. Nam profecto nemo
pro nobis ibit in infernum, & maledi-
ctus qui confidit in hominem.

Apolo